



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Priuato ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulu]m. lxxxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mēse augusti occurrētibus. Fo. cxcix.

artus sue: qui christi nomine inuocato: erant enim fidelissimi christiani. Audientes autem lysias preses famam illorum cum essent et ab eius officia libus accusari: et quod cultum deorum suorum destruerent: eos ad se accersiri fecit: et que essent eorum nomina: que patria: que conditio: que fortuna quesuit. Illi vero ad singula responderunt: quia scilicet nomina eorum erant Leontius et carpophorus: patria vero eorum erat arabia: conditio christiana: fortunam autem christianos nescire dixerunt. Tunc preses cepit eis persuadere: ut deus sacrificarent: promittens illos et inde honoribus sublimandos: aut si renuerent diuersis puniendos supplicis. Luncq; illi sacrificia demonibus exhibere nullatenus velle responderunt: et christum sibi adiutorem in omnibus dicerent: atq; illius comminata tormenta contemnerent: precepit eos preses in manibus et pedibus grauius torqueri. Et dum illi constantes hoc supplicium deriderent: iussit eos preses carphenis vincros in mare precipitari. Statimq; angelus domini affuit: et diruptis vinculis illos et pelago ad litus incolentes eduxit. Et cum hoc miraculum preses artibus magicis ascriberet: et contra illi ei christi virtutem predicarent. Illeq; eos in nomine dei sui adriani sequi velle diceret: continuo duos demones effugerunt: et presidem in faciem alapis cederunt grauis per horam vnam. Sed orantibus pro eo sanctis statim demones abierunt. Tunc preses dicere cepit: quod deus contra se indignatus: quia illos velle relinquere dixerat: talem in eum vindictam exercuerant. Iussitq; sanctos in carcerem tradi: donec qualiter ipsos perderet cogitaret. Altera die illos eductos et deus immolare constantius recusantes: in ignem copiosum accensum iactari mandauit. Sed tamen ignis illos in nullo lesit: sed facto terremoto nimirum: erumpens flamma plurimos paganorum circumstantes excussit. Illi vero sancti de ignis educti medio: nedum in corporibus: sed etiam in capillis et vestibus penitus apparuerunt intacti. Subentur ergo in equuleo spendi et vngulis radi: sed angelo illos custodiente: fatigatis admodum carnificibus ante presidem deponuntur. Et cum iterum ac iterum a preside persuasum cultum deus suis exhibere renuerent: fecit illos lysias preses in crucibus leuari: et a circumstante populo lapidari: verum lapides in facies res redibat et plurimos vulnerabant. Tunc mandauit illos a quattuor et militibus sagittis configi. Sagitte vero martyres non ledebant: sed res trouerse sagittarios configebant. Et non solum illos: sed alios plures astares occiderunt. Lysias autem se confusum in omnibus cernens sanctos dei gladio cedi iussit. Et sic accedentes speculatores eorum capita gladijs absciderunt. Quorum corpora christiani rapietes iuxta muros ciuitatis aquileie sepeliterunt. Passi sunt au-

tem sancti martyres leonti et carpophorus de cimotertio kalen. septembris.

De sancto Anastasio martyre. Cap. lxxviii.



**Anastasi**

us siue attal<sup>us</sup> martyris passus est sub Aureliano augusto

et preside atlocho rome. Qui cum esset cornicularius: Agapitum martyrem in custodia habuit mandato presidis. Et audiens ab eo verba vite se re conuersus est. Tum autem Agapitus versis pedibus superius esset suspensus: et fumo de subter facta sic quattuor diebus esset dimissus: ut supra dictum est in passione eius decimoquinto kalen. septembris: et post dies quattuor anastasio illuc vadens inuenisset eum solum ambulantem et pfallentem: fidem christi omnino suscepit et baptizatus est. Et dum hec omnia que viderat presidi nunciasset: et christum constanter confessus esset. Iussu aureliani decollatus est. xij. kal. septembris.

De sancto Priuato epo et mar. Cap. lxxix.



**Priuatus**

episcopus et martyr passus est in territorio gauas

litane ciuitatis. Qui sub persecutione imperatorum Valeriani et Gallieni cum christum dominum predicaret: et deos paganorum adorare recusaret: iudicis sententia decollatus: et palma martyrii coronatus est: duodecimo kalen. septembris: ut dicit ado.

De sancto Quadrto epo.

Cap. xc.



**Quadratus**

tus episcopus et tempore adriani imperatoris claruit: quod multa utilia opera ecclesie digessit. Nam et dem principis apologeticum scripsit et obtulit. Librum rationis et fidei plenum: apostolicaque doctrina dignum: et religioni christiane perutilem. Scripsit et particum bellum sub seuero principe gestum. Audijit cassij vita et gesta scriptori tradidit. Et in partibus macedonie in pace quiescit duodecimo kalen. septembris. Dec

hironymus de viris illustribus.

De sancto timotheo presbytero et martyre. Cap. xci.